

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 6454

**Autre(s) référence(s) :** Bates 27

**Auteur(s) :** Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1074

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume [Ier], roi d'Angleterre, donne la terre nommée le Plessis et tous ses dépendances à la cathédrale de Bayeux. Cette terre était auparavant tenue par Grimoult mais celui-ci l'a perdu à cause de sa trahison contre le roi. Le roi Guillaume la ainsi donne à la cathédrale de Bayeux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Marchegay Paul, *Chartes normandes de l'abbaye de Saint-Florent près Saumur (710-1200)*, MSAN n°30, 1880, p. 700-702.
- b. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., t. 1, n° 3.
- c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 27, p. 176-178.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 2, p. 436. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conqueroris et Willelmi Rufi, 1066-1100*, Oxford, Clarendon Press, 1913, t. 1, n° 76.

Texte établi d'après c

Tempore Guillelmi regis et Odonis episcopi Baiocensis, facta est carta hec anno Dominice incarnationis millesimo septuagesimo quarto, indictione xiima, epacta xx, concurrentibus duobus, ciclo lunari viii. Quoniam de presentibus ad futura, de temporalibus ad eterna, omnem hominem transferendum non dubito, et de omnibus quecumque per corpus fiunt sive bona sive mala recepturum unumquenque in districto Dei iudicio que promeruerit non ignoro, hec perpendens diligenter et compensans animo, ego Guillelmus rex Anglorum et Normannorum dominus, pro absolutione peccatorum meorum, et pro regina coniuge mea Mathildi, et pro filiis meis, necnon et pro amore Baiocensis episcopi fratrissimi Odonis, sancte ecclesie Baiocensi in honore beate Dei genitricis Marie constitutus, dono terram que dicitur Plaissez quietam ab omni consuetudium exactione, et omnia appenditia eius, a parte Arleie, per saltum sancti Georgii et per divisam Bunnie usque ad Montem de Lench, a Monte Lench per cilium montis usque ad divisiones terrarum Herneisi Thessonii, de hinc per callem publicum usque ad pontem Scollandi ; postea Droantia est terminus usque ad rivum qui cadit in Droantiam et dividit Lachi et Escures, et tunc itur iuxta

rivum usque ad divisam Montis Calvastri ; hinc a Monte Calvastro per divisas suas usque ad aquam que venit de Mesnil Osulfi ; deinde aqua ipsa est terminus continens intra terminum ipsum Mesnil Osulfi, per divisas que sunt inter Mesnil Osulfi et Tornatorium, usque ad Arleiam. Deinde dono Adreium, et dimidium Rinnii, et terram Guimundi filii Rannulfi de Noiers, et terram Hugonis Dorsi Raie et omnium qui participant ipsam terram cum eo de progenie sue de Fontanis, et illam terram de Buisse que fuit Grimoldi, et terram in qua mansit Grimoldus in civitate Baiocensi.

Que omnia olim tenuit supradictus Grimoldus, et de quibus eidem sancte ecclesie quam supradiximus servivit. Nunc vero quoniam ipse perfidus, pro reatu infidelitatis sue et crimine insidiarum suarum quibus adversum me periuraverat, ea, iure iusticie, sibi et heredibus suis perdidit, do illa sancte supradicte ecclesie in dominium quietum, eiusque episcopo fratri meo Odoni omnibusque successoribus episcopis in futura tempora omnia, ea prorsus intentione ut Deus, pater omnium creator eiusque unigenitus filius, dominus et redemptor noster Ihesus Christus, amborumque amor et unitas Spiritus Sanctus, in resurrectione sanctorum cum sanctis perhemniter regnaturis, partem mihi in gloria futura tribuat, ipse trinus et unus Deus omnipotens et pius, vivens et regnans per omnia secula seculorum. Amen.

Hoc scriptum confirmo ego Guillelmus rex manu mea, et coniux mea Mathildis regina, et filii nostri Rotbertus et Guillelmus, et principes regni mei, ut sit firmum et ratum in omni futuro tempore adversus omnes calumpnias usque in finem seculi. Amen. Guillelmus rex Anglorum, Mathildis regina, Rotbertus comes Cenomannensis, Guillelmus filius regis, Johannis archiepiscopus, Hugo Luxoviensis episcopus, Gislebertus Ebroicensis episcopus, Rogerus de Bellomonte, Rotbertus comes de Moritonio, Rogerus comes Salosberiensis, Richardus vicecomes, Nicholaus abbas Sancti Audoeni, Girbertus abbas Sancti Wandregisili, Durandus abbas de Troarz, Vitalis abbas de Bernaio, Rotbertus de Bellomonte, Osmundus capellanus Guillelmi regis, Osbertus Gisfardus, Ricardus de Corceio, Rainaldus de Nonant, Radulfus de Montepincon, Rotbertus filius Hamonis, Baldoinus filius comitis Gisleberti, Guillelmus Paganellus, Gervasius de Danfront, Eudo dapifer.